

potius, vel eius heredem pro solutione interpellans, longi temporis possessione, bona fidei, ac iusti tituli praesidio munita, legitime actionem illam praescriptis videatur, ne ulterius aduersus se exerceri valeat; imò etiam abique interpellatione interim debitor, vel eius heres soluerit. Nam quamuis\* regulariter contra impeditum de iure agere praescriptio non curat ex reg. l. 1. §. fin. Cod. de annali except. cum aliis a me relatis differi. 9. n. 2. quam exornant, Tiraq. de retr. all. consang. §. 3. gl. 4. num. 5. & 6. & de retr. all. conuent. §. 2. gl. vni. n. 78. Balb. de praescrip. 1. p. 6. & vlt. par. n. 15. 16. & 17. Parlad. d. §. 16. num. 6. Statil. Pacificus de Saluian. interd. inspect. 2. cap. 2. num. 298. & 299. ac post alios Gabr. Alnarius princl. pauper. p. 1. q. 30. n. 12. & ad axiomas iur. lit. 1. num. 22. Ea tamen regula limitatur quoties in potestate fuit impediti, tollere impedimentum, vt d. differi. 9. num. 9. & 21. late ostendi, atque adeo in proposito nostro non potest census dominus impeditum hoc remouere, vel debitorem non interpellando, vel solutionem ab eo etiam sponte oblatam non admitendo, sed ad possessorem potius, qui ratione oneris rei affixi tenebatur, pro ea recurrendo, vt & in simili considerat Barbosa in l. 2. n. 138. in fin. cum 2. seqq. & n. 145. C. de praescrip. 30. vel 40.

75 Denique id ex eo non leuiter confirmatur, quod hypothecaria actionis praescriptio, tertio rei hypothecatae possessori per longi temporis spatium contra creditorem competens, vt dictum est, ab ipso possessionis initio currit, non a tempore factae excussionis contra debitorem principalem, & si ea praemittitur in re debeat, iuxta vulgaria intra, quartum memini pluribus exornans differi. 20. num. 4. non alia ratione, quam quia licet non esse excussionem factam, impedimento esse videatur ac creditor aduersus tertium rei possessorem agat, qua ratione interim contra creditorem praescriptionem non currere docuit Alex. cons. 58. num. 9. & 10. lib. 5. cuius dictum notabile, ac menti & cordi tenendum in practica, eo quod in eo Alex. contradictorium non habeat, dixit Ioan. Croc. in repet. l. si quis qui pro empore, n. 206. in fin. & n. 207. vers. Tenendum, ff. de usufr. ac simpliciter referant, & sequuntur Matth. Afflic. decis. 139. n. 7. Cassan. & Tiraq. quamuis subdubij, ille ad consuet. Burgund. Rub. 11. §. 2. num. 42. vers. Et quod contra, in fin. hic vero in tract. de praescrip. §. 1. gloss. 7. vers. Verum Alex. inuictio vers. Hanc meam sententiam, in fin. Ant. Gamma decis. 21. num. 5. in primo, & decis. 99. vbi ita indicatum refert, num. 1. in fin. vers. Praes. inuictio n. 2. vers. Secundò requiritur, & n. 5. in princip. & vers. Pro Alexand. tamen contrarium, nempe statim currere praescriptionem, ex superiori ratione, quod id impedimentum facile remouere creditor potuit, debitorem excutiendo, longè verius docuit idem Alex. parum sibi constans cons. 220. mon. 12. vers. Quia respondeo, lib. 6. quod & voluit cons. 5. 1. num. 12. ad fin. vers. Et si heredes, lib. 5. Idque (quicquid Crocus ubi supra in cante dixerit) magis communiter interpretes receperunt, improbatam Alexand. sententiam d. cons. 58. quam & Croc. ipse non esse tutam agnoscit, eam namque nominatim damnant Philipp. Dec. in cap. cum inter 5. n. 48. vers. Et per ista videatur, ex. de except. Franc. Balb. de praescrip. 4. p. 4. par. principal. q. 3. n. 6. vers. Sed puto, & vers. Concludo igitur, ac n. 7. & 8. & 1. p. sexta & vlt. p. n. 25. ad quem se tandem refert Callaneus d. n. 42. vers. Aduerte tamen Negulant. de pignor. 2. memb. 6. par. princip. numero 3. vers. Sed contra istam, Ripa in Rubr. ff. de pignorat. numero 14. vers. Et in quantum, Cast. Paris. in cap. ex transmissa, ad fin. de praescrip. & cons. 50. nu-

mera 3. vers. Nam modernus, & cons. 10. num. 146. post princip. vol. 1. Socin. in. cons. 117. num. 101. vol. 2. Aym. Crauet. cons. 148. num. 6. vers. Et ita praescriptio, p. 1. & cons. 263. numero 7. vers. Nec videtur curandum, p. 2. Roland. à Valle cons. 79. n. 17. & 18. vol. 1. Nata, Rouescala, & Hieron. Zanchus in ad. lit. ad Alex. d. cons. 58. lib. 1. Sfortia d. cons. 82. à n. 46. & 49. Hieron. à Laurentiis decis. Rot. Anconens. 40. n. 4. vers. Etiam si creditor, inter dec. diuersor. tom. 3. Franciscus Viuius opin. 630. inter commun. opin. tom. 2. lib. 7. tit. communia de usufr. num. 161. ad fin. vers. Ipse vero, Fachin. controuers. iur. lib. 12. cap. 83. vers. Contrariam, Stephanus Gratianus, decis. 15. Rot. Marchia, à n. 4. ad 7. inclusiue, & ex nostratibus, Menchac. controu. illustr. lib. 2. c. 60. num. 4. vers. Verum contrarium, ac n. 5. Greg. Lop. in d. l. 27. gl. 2. ad fin. vers. Sed contra istam, rit. 29. par. 3. Gomez. Legionens. d. decis. 50. n. 2. Pinellus, dicens Alexandrum aliqua affectione ductum, longè deceptum esse, in Auth. nisi tricenale, num. 48. vers. Sed vir doctissimus, C. de bon. maer. Blasius Flores in addit. ad Gam. d. decis. 99. n. 4. ad fin. vers. Hypothecaria tamen, Petr. Barbosa in d. l. sic, num. 188. C. de praescrip. 30. vel 40. ar. D. Ioan. del Cast. quotid. contr. lib. 4. in addit. ad cap. 26. n. 33. post med. vers. Sic etiam. Cum igitur\* haec etiam ratio, quod impedimentum remoueri facile possit, militet & quidem fortius in creditore seu domino census, qui pro libito potuit aduersus tertium rei censite possessorem, omisso debitore, experiri, vt supra late probauimus, consequens necessarium videtur, vt et praescriptio currat ab ipso possessionis initio, non a tempore quo debitor, vel eius heres in solutione cessauit; atque ita in terminis, quasi sententia Speculatoris (qui tamen in diuerso casu loquitur, vt aperimus) docuit Ioan. Faber in leg. 1. num. 2. Codic. de bon. matern. lateque defendunt (confundentes tamen opinionem hanc cum praecedenti, quam contra Alexand. virorem ac receptorem esse diximus, cum sit longe diuersa, vt post videbimus) Ioan. Gutier. cons. 47. per totum, & Felicianus eius immemor tom. 1. de censib. lib. 3. cap. 4. num. 12. vers. Secunda opinio, inuictio vers. Licet autem, & vers. Quae verior, & tom. 2. Cod. lib. c. n. 19.

Ceterum contraria sententia, nempe anni reditus praescriptionem respectu tertij possessoris rei censite aduersus census dominum seu creditorem, cultum suum dumtaxat inchoare ab eo die, quo census venditor, cuiusve heres in solutione cessauit, interim vero quod non est in eo cessatum, praescriptionem non currere in praedictum domini census, longè verior est ex superiore regula, quod impedito à iure agere praescriptio non currit, inuictio his, quae pro fundamentorum contrariae partis solutione dicuntur, & quae optimè considerat Cassan. primus huius opinionis author dicta Rubric. 11. §. 2. à numero 36. vers. Nunc succedit, ac repetit Pholler. in praxi censuali, verbo huiusmodi censuali, numero 95. alias 108. iuxta nouiorem edit. licet id ibi, circa final. vers. fiscal. Ego autem, & in addit. quae extat in noua edit. vers. Est tamen bene verum, non per omnia probet, sed sub eo temperamento, si dominus seu creditor census alienationem rei censite ignorauerit, vel sciens de iure suo fuerit protestatus, vt his duobus casibus tertius rei censite possessor iuri censuali aduersus dominum, dum ei census soluitur, non praescribit, secus alias, quod & voluerunt D. Menchac. controu. illustr. lib. 2. cap. 60. n. 16. ad fin. Anton. Fab. in Cod. sui nominis lib. 8. tit. 6. de pign. d. fin. §. 8. vers. Aliud est, Petr. Barbosa ad l. 2. C. de praescrip. 30. vel 40. num. 204. simpliciter autem absque huiusmodi restrictione sequuntur Virg. Boccat. de

de acquir. poss. c. 34. n. 38. & de censib. 2. par. num. 90. Hier. Ceual. commun. cour. commun. lib. 1. q. 3. n. 9. 10. & 11. Rodrig. de reddit. lib. 1. q. 9. num. 65. maxime à vers. Sed opinio, vtique Lud. Auend. & Cenc. de censib. c. 105. n. 2. ad fin. vers. Imò quod magis, cum sib. id. c. 105. n. 2. ad fin. vers. Imò quod magis, cum seqq. hic verò p. 2. c. 2. q. 5. ar. 1. q. ex n. 49. Arim. Ter. par. var. sen. tom. 3. tit. 37. §. de censib. cap. 10. vers. Res hypothecata; & in effectu voluerunt, licet non satis explicent, Stephan. Gratian. in addit. ad relatum, dec. 15. Rot. Marchia, à n. 5. vers. Quamuis videtur, & Fontanel. de pact. nuptial. clausul. 4. gloss. 18. p. 5. num. 52. vers. Vbi post haec scripra, sed & idem remissive voluit Ioan. Gutier. sui immemor praxi. quast. lib. 1. q. 90. n. 6. vers. Resoluti tamen. Quamuis restrictio Pholler. Menchac. & sequacium non per omnia displicet, ex his quo aptius ad 2. arg. dicemus.

78 Nec contrariae partis fundamenta quicquam refragantur; ad primum enim respondemus, procedere in debito momentaneo, neque tractum successuum habentem, quod & solutum plerique vocant (vulgo deuda suelta) cui res aliqua affecta, vel hypothecata fuerit, nam singularis eius rei possessor ex iusto aliquo titulo, id ius quo res pro tali debito fuerit affecta (sive sit principaliter reale, & in consequentiam personale, quale dicitur id omne, vt quo actio in rem scripta prodita, est, sive vice versa principaliter sit personale, & in consequentiam reale, quale est hypothecatum) longi temporis possessione tali titulo habita, ac bona fidei praesidio munita, legitime ab iplo possessionis initio praescribet, tamen principalis debitor non minore tempore, quam 30. annorum debitum ipsum apud nos praescribat, vt late in eod. 1. fundament. diximus, ac probauimus, & in terminis sic aduertit Rodrig. d. q. 9. numero 54. circa fin. princip. vers. Ego verò. Nos verò loquimur in debito successuum reali, quale est annorum reddituum, super re certa principaliter impositum, in quo\* longè aliud iuris est, diuersaque ratio versatur, licet enim id ius, ob id quod ex contractu descendat, vnicum sit, & vnica eius obligatio, aliter atque si ex testamento, puta ex legato pro annorum diuersitate in plura iura, ac legata pro annorum diuersitate excluderetur, leg. Senatus 35. §. fin. ff. de mort. caus. donat. lego si sibi cum 16. §. 1. ff. de verb. oblig. inuictio h. si usufructus 18. ff. quib. mod. usufr. amitt. l. si in singulis 4. & lege cum in annos 11. ff. de annuis legat. leg. cum usufructus 13. ff. de usu. & usufr. legat. leg. cum in annos 10. ff. quando dies legat. ead. Id tamen non tollit quin\* & annua praestatio, quae ex contractu debetur, plures sub se includat praestationes annuas; sed tantum efficit, quod earum obligatio statim pro omnibus oriatur, & vnica tollatur praescriptione, elegans Text. in lege co. 26. Codic. de usufr. vbi ratio traditur in illis verbis. Principals enim actio non subsistente, satis superuacuum est, super usufr. vel fructibus aduoc. iudicem cognoscere, tamen obligatio pro legato annuo, pro primo dumtaxat anno oriatur, non etiam pro sequentibus, pro quibus, cum nondum sit orta obligatio, praescribi nequit, sed praescriptio praeteritis tantum annos complectitur, non futuros, vt ex sententia Ioannis, antiqui glossographi, docuit Accurs. verbo cuiusque anni, vers. Tu dic tertio, in d. l. cum nosissimis, §. fin. C. de praescrip. 30. vel 40. ann. à Citramontanis frequentius receptus, vt post Jacob. Butr. circa fin. vers. Item quaro an in annis, Bald. num. 1. vers. Tertia, Bald. sub eod. num. & ceteros communitè ibi, resoluunt, & explicant Francisc. Balb. de praescrip. 4. p. 4. par. princip. n. 2. & 3. Rebus, tom. 2. ad l. Galli. tit. de famulor. salar. gl. 11. vers. ad sufficiat, Boët. decis. 336. num. 3. & 4. Aym. Crauet. de antiquit. temp. 4. par. §. materia ista, n. 36. Ant. Gom. var. resol. tom. 2. D. D. Iol. Vela Dissertat. Iuris Tom. 1.

cap. 11. num. 44. & 45. Mencha. controu. illustr. lib. 2. cap. 8; num. 39. Villalob. in arario commun. opin. lit. P. num. 358. & inter communes opin. tom. 2. lib. 7. tit. 2. communia de usufr. num. 186. Parladot. (male id extendens ad ius executum, pro annis praestationibus ex contractu competens, vt & id vnica praescriptione tollatur) lib. 1. rer. quotid. cap. 1. §. 12. à numero 3. Gundissal. Paz, & Ioan. Gutier. ipsum rectè quoad hoc taxantes, ille in praxi 4. p. 1. tom. c. 3. num. 15. vers. Ego verò, hic verò practico. quast. lib. 1. d. q. 90. n. 4. & 5. Aluar. Valalc. consil. 49. n. 1. 2. & 4. (licet à n. 6. vers. Verum tamen, leuiter recedat, idem ius constituens in anno legato, quod in annua praestatione ex contractu, vt vnica de Castro ad Rub. Codic. de annon. cuius lib. 11. num. 34. & 40. (qui à numero 41. nouam hanc Valalci opinionem simpliciter acceptam rectè confutat, cuiusque argumentis satisfaciunt) Lud. Anendan. de censib. cap. 104. num. 11. (qui num. 2. eandem Valalci nouam opinionem refert, quam num. 3. certa adhibita distinctione non male defendit) Petr. Gilchen. de praescrip. p. 3. capite 15. num. 165. latissime Petr. Barbol. ad l. 2. à num. 121. & 125. C. de praescrip. 30. vel 40. ann. Cum igitur ius etiam ex contractu competens ad praestationem annuam, est vnicum, sit, plures tamen continet praestationes, singulis annis faciendas, necesse est, vt ea- rum praescriptio incipiat à tempore cessationis leg. si quis empiricus 8. §. vlt. illic. Ex eo tempore initium capere facimus, ex quo debitor usufr. suam minime possidet, Cod. de praescrip. 30. in quo à legato annuo non differt, text. sic intelligendus in dict. l. cum vltissimi 7. §. fin. Cod. eodem tit. illic. In his enim promissionibus vel legatis, vel aliis obligationibus, quae donatione per singulos annos vel menses, aut aliquod singulare tempus continent, tempora memoratarum praescriptionum non ab exordio talis obligationis, sed ab initio cuiusque anni, vel mensis, vel alterius singulatis temporis computari manifestum est. Non enim Text. iste sic accipiendus est, vt ab initio cuiusque anni vel mensis in annuis vel mensuris praestationibus, tam ex contractu, quam ex legato debitis, praescriptionis tempus ita computetur, vt qui ab eo die longissimo tempore cessant praestationem, seu pensionem annuam petere, ab ea iterum petenda dumtaxat sit exclusus, non etiam sequentium annorum, intra idem tempus currentium, quasi pro singulis separata vtroque calu requiratur praescriptio, vt perperam intellexit Martinius, ab Accursio relatus initio dict. gloss. verbo cuiusque, tamen eius sententiam (vt & proximè relati obseruauerunt) ultra montani magis probauerunt, & in puncto iuris virorem censent Corae, Valalcus dict. consil. 49. numero 6. in princip. Gilchen. dict. cap. 13. numero 166. sed & frequenti iudiciorum vlti receptam post alios testentur Minsing. singul. obseruat. centur. 3. obseruat. 13. per totam, And. Gail. pract. obseruat. lib. 2. obseruat. 73. numero 1. & ad eum Bernar. Graueus concl. 73. numero 1. & 3. Ioan. à Sand. decis. Friscar. lib. 5. tit. 6. de praescrip. definit. 1. sed ita potius exaudiri debet, vt ab initio cuiusque anni vel mensis, ex quo in pensionum solutione cessatum est, praescriptio currat tam in contractibus, quam in legatis, tamen quoad praescriptionis effectum ea sit differentia, quae aliis iuribus declaratur, nempe vt in legatis praescriptio tantum operetur pro annis praeteritis; in contractibus vero etiam pro futuris; quae sanè praescriptio in principali debitorum erit longissimi temporis, hoc est iure communi 40. annorum, & apud nos 30. ex d. l. 6. Laur. & simili compil. in tertio verò possessore omni iure longi tantum,

tantum, sine decem annorum inter presentes, & 20. inter absentes, ex his quae late in argumentum tradidimus. Quibus in proposito nostro consequens est, \* quod si obligatus ex censuali contractu ad reditus annuos, in eorum solutione non cessat, quia eos singulis annis praestitit, tertius rei censite possessor minime tutus sit per spacium longi temporis, quo si in solutione cessatum esset, praescripserit illos, ne a se peterentur, quia non etiam eos praescribere potest, dum debitor in solutione non cessat, cum esset eo casu facultas experiendi aduersus tertium rei censite possessorem, atque ita verificatur vulgaris illa regula, quod impedito a iure agere non curit praescriptio; licet aliud procederet in vera, & propria hypotheca, etiam in censuali contractu constituta, puta a tertio rei censite possessore in recognitione census, vel ab ipso census venditore in generali bonorum obligatione, quia haec proprie non accedit pro successiva obligatione solvendi reditus, sed magis pro securitate iuris censualis, quod nimirum ei ex rei censite fructibus satisfieri poterit, quae hypotheca respectu tertij possessoris, ad quem res illa postea pertinet, longi temporis praescriptione tollitur, ab ipso possessionis initio computanda, iuxta superius tradita numero 75. Id quod in sequentibus magis declarabitur, & interim hanc distinctionem inter rem affectam pro debito momentaneo vel successivo, ceteris melius observat Rodrig. d. lib. 2. q. 9. n. 64. vers. Ego vero, & vers. Secundus casus, ac n. 65.

83 Non obstat 2. cuius assumptum fatemur, hoc est praescriptionem fuisse inductam tam favore possidentis cum bona fide, & titulo per tempus a lege definitum, ut post id securus maneat, quam odio negligentis intra illud petere, & ut litium tollatur materia; negamus tamen, has rationes facere, ut tertius rei censite possessor, aduersus quem census dominus actione in rem scripta experiri noluit, huiusmodi possessione, bona fide ac iusto titulo acquisita, ac longo tempore continuata, actionem illam ab ipso possessionis initio videatur praescripisse. Nec enim id recte ex eo probatur, quod cum (vt in argumento addebatur) in potestate domini census fuerit, impedimentum sibi ex debitoris solutione obueniens remouere, eandem recusando, & ad possessorem potius recurrendo ratione oneris rei affixi, nec remouerit, non possit ita impeditus dici, quin aduersus eam tertij possessoris praescriptio carrat. Non inquam recte, quia \* census dominus in iure reculare nequit solutionem sibi factam nedum ab ipso debitore, sed & ab alio quolibet eius nomine, quia etiam ipso iure obligatio tollitur, leg. tale pactum 40. §. post diuisionem, in fin. ubi not. post alios Lal. num. 2. §. 3. ff. de pact. l. soluen. do 39. illic, Soluendo quisque pro alio, licet inuito, & ignorante, liberat illum, ff. de negot. gest. leg. soluere 53. & l. Modestinus 76. in princ. ff. de solut. l. nulla 5. in fin. C. cod. de. atque ita non potuit domino seu creditori census negligentia imputari, dum a debitore vel alio pro eo sibi facta solutio, quia cum eam non possit reculare, frustranea ipsius diligentia foret; adeoque minime necessaria, ex reg. Text. in lego fin. §. queri potest, vers. Sed ut quid noceat, ff. quis ordo in bonor. posses. seru. & in simili facit elegans Text. in lego cum scimus 22. §. illud quoque, illic, Cui non possit dominus inculari propter suam desidiaem cui per patrem eius omne quod uoluerat accessit, & illic. Satis acerbum uidetur domino praediciari, & ad fin. illic. Manent itaque domino ius inconsummum, C. de agricul. & censit. libro 11. quae & alia in proposito recte considerant Cassan. Pholler. Rodrici. Auedan. & Cenc. relati supr. numero 77. Nec dicatur,

\* quod saltem census dominus potuerit non interpellare debitorem pro anno reditu, quem ipse sponte non offerat, sed possessorem potius, quod cum non fecerit, hoc eius negligentia sit adscribendum, atque ita contra ipsum possessoris praescriptio currere valeat. Quia respondemus facile, quod cum debitor extrajudicialiter a census domino interpellatus ut soluat, bonam fidem agnoscens, ei absque iudicio soluit, parum aut nihil distat a sponte soluente, nec illi culpa aut negligentia imputari potest, cur non potius possessorem, ratione oneris rei affixi aequo obligatum, non interpellauerit, quia talis interpellatio, cum tantum sit iudicij preparatoria, nec interpellatum, nec interpellatum iudicio adstringit, quia & ille potuit ex poenitentia aduersus hunc solnere detrectantem, aut differentem, iudicium non instituit, sed ad possessorem redire, argum. ego si conuenierit 18. illic. Et priusquam adiretur, mutata uoluntas fuerit, ff. de iurisdi. omni. iud. & interpellatus similiter potuit (vt diximus) absque iudicio solvere. Quapropter secus esset si interpellatio iudicialis foret, per litem contestationem inducta, iuxta legem amplius non peti 15. iun. & a glos. verbo iudicium, & communi, ff. rem ratam hab. lege nemo rem 82. §. si post mortem, ff. de verb. oblig. cum traditis a Menoch. post alios de arbitrat. libro 2. casu 220. num. 48. Donel. ad leg. si seruum 91. §. sequitur, num. 10. ff. de verb. oblig. aut per quasi contestationem in executiuis, iuxta superius a me tradita dissertat. 26. numero 85. & 86. quia per eam quasi contraxit cum debitore creditor uideretur, ut ab eo potius quam a possessore sequentium annorum reditus exigeret, arg. leg. 3. §. idem scribis, vers. Nam sicut, ff. de pecul. atque adeo & si debitor sequentes reditus sponte soluat, est quid domino imputetur, cur uiam illam ab initio elegerit, quasi aditum sibi praedictis quoad aliam, argum. Text. in leg. si mulier 2. 1. §. ult. in fin. ff. quod met. causa, ad hoc saltem, ut ex tunc possessor, a quo petere neglexit, longi temporis possessione tutus omnino reddatur aduersus eundem census dominum, scientem in ipsum translata fuisse rem censitam. Quae tamen \* scientia 86 cum in dubio non praesumatur, articulanda, & probanda est a possessore, praescriptionem allegante, iuxta reg. Text. in lege uerius 2. 1. ff. de probat. §. non solum 4. vers. Et uerius, in ff. de legat. reg. praesumitur, lib. 6. cum adductis ab Ant. Gabr. commun. concl. lib. 6. tit. de reg. iuris, concl. 5. num. 1. Mascard. de probat. tom. 2. concl. mibi 879. num. 1. Menoch. de praesumpt. lib. 6. praesumpt. 23. num. 51. & a me dissertat. 8. num. 31. & simul articulari, & probari per possessorem debet iudicium retrò longo iam tempore aduersus debitorem institutum, antequam a se peteretur. Quomodo procedit, ac vera est distinctio Phollerij, & aliorum quorum memini sup. numero 77. secundam hanc sententiam, quod tertius longo tempore rem censitam iusto etiam titulo ac bona fide possidens, census iuri aduersus creditorem, qui semper fuit antea per debitorem solutio facta, minime praescribat, restringentium ad eum casum, quo idem creditor ignoraret rei censite alienationem in illum factam. In eo tamen illis non accedo, dum in casu scientiae requirunt protestationem, aut denunciationem possessori faciendam, nam aut census dominus a debitore uolente reditus, accipit, & protestatio illa vel denunciatio possessoris facta plane superuacanea foret, cum & sine ea ius suum conseruaret illatum aduersus possessorem ipsum, quippe qui etiam ignoranti praescriptio contra illum non currit, dum in solutione non cessatur, ex regula Textus in dicta lege cum nosissimi, §. fin. Codicis de praescriptione 30. vel 40. annorum cum late supra traditis, aut accipit ab inuito

87 inuito per litem contestationem vel quasi, cum eo factam, & nihil, \* ei profecerit protestatio vel denunciatio, neque ad constituendum possessorem in mala fide, ut minus recte putantur uiri aliqui doctissimi (quos proinde non possum non mirari) Menchac. & Anton. Fab. relati d. num. 77. quia mala fides, praescriptionem impediens, tantum contraheretur ob scientiam aliena rei venditae, non autem ob scientiam hypothecae, alteriusue iuris, seu oneris, cui illa affecta esset, nam (vt ex his constat, quae numero 70. & 71. tradidimus) illa tantum scientia, non etiam hanc impedimento esse quominus tertius possessor id ius, eiusue immunitatem longi temporis spatio praescribat, ut nec impedit ne ipse debitor tale ius praescribat tempore longissimo, iuxta tradita numero 72. qui tamen ignorate non potuit, illud a se impostum esse, iuxta reg. a me traditam, & exornatam dissertat. 3. num. 45. neque rursus ad ius domini census, quod impediti, illatum conseruandum aduersus eundem possessorem, ut uoluisse magis uidentur Phollerius, & Barbosa, quorum d. num. 77. commemorini, quia stante illius culpa in non remouendo impedimentum, sed eligendo potius possessorem iudicium instituit, etiam rei censite possessorem iudicium instituit, esse ea protestatio contraria facta, \* qui protestantem non releuat, lege cum in plures 60. §. locator horrei, ff. locati, iuxta commentum eius allegationem, & inductionem Pauli Cautrensis numero 4. post med. quam tamen Anton. Fab. ibi. non male refellit, Textus melior in cap. gratum 20. vers. In secundo, de officio deleg. & in c. sollicitudinem 54. in fin. de appellat. quam reg. ultra ordinarios ubique, ad uaria expendunt, & explicant Alex. consil. 1. num. 14. lib. 3. & consil. 130. num. 16. lib. 4. Dec. conf. 460. a num. 5. tom. 2. Surd. conf. 143. n. 11. & 59. lib. 1. conf. 371. num. 67. lib. 3. conf. 456. & 487. ubique num. 3. lib. 4. & decif. 70. n. 8. decif. 246. num. 4. & decif. 317. num. 25. vers. Videmus namque, & num. 27. vers. Sed hoc nihil est, Menoch. consil. n. 306. conf. 32. n. 25. & conf. 38. num. 3. lib. 1. conf. 115. n. 43. lib. 2. & passim in aliis consiliis, & de praesumptionibus lib. 3. praesumpt. 45. num. ult. & praesumpt. 112. n. 23. Mascard. de probat. lib. 1. concl. 251. num. 7. Polidor. Ripa obseruat. 194. ex num. 1. Card. Tulch. praet. conclus. tom. 6. lit. P. conclus. 944. per totam, Steph. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 15. num. 8. Marius Antoninus Maecatenis uariar. resol. libro 1. resolut. 5. numero 9. vers. Fuit replicatum, Hieron. Campanili in diuersor. iur. can. rub. 11. cap. 13. num. 185. Mar. Giurba, plures alios cumulan. decif. 85. n. 1. Nisi scilicet tali protestationi altera pars consentiat, iuxta tradita a Gratiano tom. 1. cap. 141. num. 22. & tom. 4. c. 75. n. 40. Rursus esset contraria iuris dispositio, quae eum, qui cum potuit impedimentum non remouit pro impedito non habet, ut diximus, quo etiam ex capite non admittitur, ut cum plurius resoluti dissertat. 24. num. 40. & obseruat in opt. proposito Ioan. Garl. de nobilit. gl. 5. num. 6. vers. Scius est, D. Amaya ad l. 1. num. 43. Cod. de his, qui sponte publ. munera subeant, libro 10. Nostra igitur resolutio negans, iuri censuali per tertium possessorem census domino soluitur, tunc demum procedit eum venditor ipse, eiusue haeres vel sponte, vel extrajudicialiter tantum interpellatus, reditus soluit domino, tamen scienti, rem censitam in alium fuisse translatam; ex quo autem solutio fuit per debitorem domino, seu creditori, vel cum effectu negata, & nec per eum, nec per alium ipsius nomine facta, vel etiam iudicialiter contradicta, ita ut eo modo compulsus debitor etiam semel tantum soluerit, tamen si postea uoluntarie fecerit, ab

ea iudiciali interpellatione & contradictione incipiet tertius rei censite possessor longo tempore iuri censuali praescribere. Idque etiam ipse possessor ipse per dominum neque iudicialiter, neque extrajudicialiter interpellatus fuerit, quicquid contrarium putauerit Petr. a Salazar de usu, & consuetud. ca. 89. pite 11. num. 56. qui nouam innoxiam opinionem, quod tertius rei censite possessor census oneri aduersus dominum non praescribat, nisi per decem annos a die per ipsum denegata domino petenti annuae pensionis, & subsecute eiusdem domini patritiae, eo quod tale onus sit quoddam ius incorporale feruitutis, cuius quasi possessio incipit a tali negatione, & prohibitione, ex his quae gloss. 1. vers. Decennium tamen incipit, Bartol. & ceteri communiter notant in lege qui laminibus 11. ff. de seruitutib. urb. praed. similis glos. casus positionis, post princip. vers. Et incipit, in l. 1. C. de seruic. & aqua, ubi etiam DD. per Text. illum communiter tradidere, quos refert, & sequitur D. Anton. Padilla ibi, num. 14. Id enim plane conuenit ex nuper traditis, ac rursus uir ille alioqui doctus non animaduerit, doctrinam hanc communem procedere in seruittute negatiua, puta alius non tollendi, vel simili, non etiam in affirmatiua, cui potius census onus assimilatur, ut recte ad eum conueniendum considerat Felicianus de censib. lib. 3. c. 4. n. 12. vers. Quoniam si census, posito (inquit) quod tale onus sit feruitus, nam seruittutem quoquomodo dici posse inficiatur, quae de re ad sequentem dissertat. latius differam.

90 Ex quibus manet etiam satisfactum ultimo fundamento, sumpto ex receptissima illa sententia contra Alexan. qui & ipse secundum eam postea ueroblitus respondit, quod tertius hypothecae possessor cum bona fide ac titulo, ei legitime aduersus creditorem praescribit longi temporis spatium, ab ipso possessionis initio computando, non a tempore factae excussionis contra principalem, eod quod tale impedimentum non factae excussionis, in consideratione non habeatur, cum id remouere facile creditor potuerit, debitorem principalem excutiendo, atque ita multo magis debeat tertius rei censite possessor census oneri longi temporis spatium ab ipso possessionis initio praescribere, cum reata via absque excussione possit a census domino conteneri. Nam (vt diximus) dectina illa communis procedit in debito momentaneo, hoc esse non successiuo, sed pro vna tantum uice contracto, & vnica solutione contento; nos uero loquimur in debito successiuo annuorum redituum, cui tertius censite rei possessor praescribere nequit, dum in eorum solutione non cessatur, cum census dominus reculare nequeat redituum solutionem sibi factam nedum ab ipso censu libet eius nomine, nisi haerede, sed & ab alio quolibet eius nomine, nisi solutioni huic ipse dominus causam dedisset, illum primò iudicialiter interpellans per litem contestationem, vel quasi, cum eo factam, omisso tertio rei censite possessore, in quem scitum illam fuisse translatam, quo casu & ut dictum non semel est) sententia, quam aduersus Felicianum defendimus limitatur. Sed & Ioan. Gutier. & Felicianus tertio possessori indistincte ab ipso possessionis initio iuris censualis praescriptionem concedentes, re attentè considerata, soli in sua opinione reperiuntur, nam DD. omnes, quorum auctoritate nixi sunt, quasi id in specie docuerint, quos & nos fideliter retulimus, nonnullos eis addentes, praeter Speculatorem, & Henricum, quos Felicianus primo loco citat, loquuntur in casu illo diuersi debiti momentanei, ut & considerat Auend. licet non ita explicitans de censib. cap. 105. num. ult. vers. ult. Speculator

91 autem \* duobus in locis, in quibus citatur, nempe in tit. de prescrip. vers. Pone colonus, sub num. 14. & in tit. de locato, §. num aliquo ( quæ est sub Rubr. de emphyteusi ) vers. 4. n. 54. ubi etiam variat, tandem se refert ad d. vers. Pone colonus, & Henric. Boich. qui ipsum refert, ac sequitur in c. vigilanti 5. n. 1. de prescrip. minime sermonem faciunt ( vt aduertit re. de Rodrig. d. 9. 9. num. 65. post princip. de prescrip. tione iuris super te impositi, sed de prescrip. tione ipsius rei ad dominium eius acquirendum, & antiquo domino auferendum, nempe rei conductæ, vel emphyteuticæ, à colono, vel emphyteuta irrequisito domino alienata, quam aiunt posse per bonæ fidei emptorem prescribi, saltem non minore, quam 30. annorum spatio ( quod iure civili omnem tunc possessorem, lege sicut 3. Codice de prescrip. 30. vel 40. ann. noniorem iure requiritur etiam ad tuendum possessorem bonæ fidei, ementem à male fidei possessore, cum dominus ius suum ignorat, Authent. mala fidei, cum corpore, unde sumitur, C. de prescrip. longi tempor. l. 10. versiculo Fuetas ende, tit. 29. partit. 3. quarum in simili memini dissertatione 8. numero 34. & prosequitur optime Boerius decif. 182. à num. 42. ) eamque prescrip. tione, dum beneficio restitutionis in integram ex generali clausula rescilla non fuerit, eo quoque casu, procedere constituant, quo colonus vel emphyteuta pensiones semper domino soluerint, quia illæ nihil commune habent cum dominio rei, quod emptor potuit ex iusto emptionis titulo, & bona fide per prescrip. tione sibi acquirere, vt pote proprio nomine vetè possidens, l. Pomponius 29. in princip. vers. Et ait, ff. quibus modis usufruct. amit. in c. l. 3. §. si quis nunciet, vers. Quod si seruus, & vers. ( alias §. ) est alij tradiderint ( quomodo legendum est, non tradiderint, vt idem contextus indicat, & cum Haloand. & Caiæ, not. Gothofred. ibi. & Giphanius numero 72. & 74. ad vers. & si alij ) & l. peregrè 44. §. ult. vers. Non aliter amitti, ff. de acquir. poss. Dixi \* vetè possidens, vt indicaret, aliud esse si hiet tantum, vt in l. quamuis 32. §. si conductor ff. eodem titulo, ubi notant Bartol. in summar. & n. 1. Paul. Castren. eod. n. 1. Alexand. n. 1. & 2. ad fin. vers. 2. nota limitationem, & ceteri communiter vtrique, vsque ad Gotof. ibi, ad verbum recinet, & post alios Afflic. dec. 324. n. 1. & 2. & in effectu voluit Conanus, illius §. rationem, & Bartoli mentem eleganter explicans lib. 3. comment. c. 6. numero 8. quicquid aliter eum Text. interpretetur, à communi descendens, Vacon. declarat. iur. libro 2. declarat. 34. num. 10. quamuis ipse colonus, seu conductor, vel emphyteuta nunquam aduersus dominum prescribere possent, vt potè vice versa nomine domini tantum possidentes, non proprio, l. 1. Codice communia de vsucap. l. 2. c. od. de prescrip. 30. vel 40. lege 22. vers. Empero si aliquid, ritul. 29. partit. 3. & nihilominus, \* licet hæc in emente, aliove titulo accipiente à simplici colono, vel conductore vera sint per relata iura, quæ in hoc casu loquuntur, ac docuerat Glos. ult. vers. Sed nunquid, in c. ult. vers. Sed Ioannes contra, in l. cum nemo 5. ff. de acquir. poss. quam Bartol. ibi, n. 2. ac ceteri communiter sequuntur, idem Bart. in d. §. si conductor, num. 3. & in l. cum solus 29. num. 4. ubi bene distinguit, & rationem explicat, ff. de vsucap. Abb. Panormit. num. 12. & Gard. Parisius num. 38. in c. cum non liceat 12. de prescrip. & post alios Franciscus Balbus de prescrip. 1. p. sexta, & ult. part. n. 52. Ioan. Baptista Bonius de statuar. vrbis prescrip. gl. 18. n. 218. quicquid contrarium docuerit Pileus quæst. iuridica 139. in ser. quæst. diuersorum, male pro se habet Speculator citatus; non tamen æquè locum habent in emente ab emphyteuta, usufructuario, vel feudatario, qui per ta-

lem alienationem in illam factam, domino directo, aut proprietario civiliem possessionem, sine qua prescriptio procedere nequit, non interueniant, vt docuit Glos. elegans magna, seu finalis, vers. Hoc autem domino, in l. 1. §. ult. ff. de usufructuar. quemadmodum. cau. quam solemnem, & ordinariam vocat Iul. in l. naturaliter 12. in princip. n. 3. ff. de acquir. poss. nec prescribendi causam tribuere possunt ex alienatione infecta, & à iure improbata, argumento l. ubi lex 24. in c. l. sine possessione 25. ff. de vsucap. cum vbi que notatis, & à Curt. Iuniore conf. 180. n. 5. atque à nobis supra dissert. 14. n. 33. & dissert. 15. num. 96. & ab omnibus in §. sentit, vers. Nam cedendo, per illum Text. in l. de vsu, adque in terminis docuerunt, aliter etiam comprobantes, Bartholomeus Brixienfis ( qui in emphyteuta vendente loquitur, licet idem in simplici colono sentiat, dum pro se adfert Pileum, quali eius sententia auctorem ) quæst. Dominicali 25. inter quæstiones diuersorum, Ludou. Roman. de emphyteuta quoque sermonem faciens confil. 166. à num. 8. vers. Sed specialiter vsque ad n. 11. in princip. Callæus, loquens in usufructuario ad consuetud. Burgund. Rubr. 7. de success. §. 1. in princip. non. 7. post limitat. 4. vers. Dico plus, n. 31. & 32. & in feudo Aymon Crauet. de antiqui. tempor. 4. p. §. absolutis, n. 31. & 32. Iul. Clarus §. feudum, q. 45. n. 2. Petrus Richardus inter communes opiniones, tomo 2. lib. 7. tit. 7. de natura feud. n. 130. & vtrumque vltra alios prosequitur, & excolit elegantè Petrus Barbola in d. l. 1. C. de prescrip. 30. vel 40. annor. à n. 194. ad 203.

Quæ & alia nouissimè tractata sunt in causâ executionis census, quæ me iudice agitata est, indeque decisa in Granatensi pratorio inter dom Balchalarem de Barahona decurionem Granatensem, equitem Ordinis de Calatrana, & Gasparem Canleco, tabellionem Cameræ eiusdem Regiæ Curie. Cùm enim anno 1574. Ioannes Perez Barahona vendidisset Ioanni à Castañeda officium Receptoris secundici numeri pro pretio mille & ducentorum ducatorum, emptor hic cùm eam summam præ manibus non haberet, pro ea quasi in officij venditi valore accepta, censum ei respondentem ad rationem quatuordecim pro milliaro, quæ tunc in vsu erat, posteaque redacta est ad rationem vicemissæ, vt obseruauit supr. dissert. 27. n. 1. vendidit eidem Ioanni Perez, officij venditori, super eodem officio à se empto ( quod licitum esse breuiter monui dissert. preced. n. 2. & dicam latius dissert. 36. ) & super domibus quibuldam nominatim designatis in Parochia Sanctæ Annæ, ad eiusque censum solutionem fe præterea solemniter obligauit idem Castañeda, eius vxor, & quidam alij. Rursus anno millesimo quinquagesimo octuagesimo secundo dictus Castañeda vendidit officium sub eius censu onere Petro de Solorzano, solemniter quoque se obliganti sub quorundam honorum hypotheca, idoneaque cautione tant in fauorem vxoris, & heredum dicti Ioannis Barahona, census emptoris pro eius solutione, quam Ioannis à Castañeda venditoris, & impositoris, pro ipsius indemnitate à soluendi onere. Deinde hic Petrus anno 1590. officium illud vendidit sub eodem onere Ludouico de Monsalua, ad census itidem solutionem, & Petri indemnitatem se denuo obliganti, & licet in eodem instrumento fe etiam adidit in re ad censum ipsum intra octo annos redimendum, postmodum tamen anno 1597. id nouo instrumento, cum donâ Agnetæ de Piña, quæ in censu iure successerat, celebrato sub relatione primi nonatum est, sublatâ redemptionis clausula, quæ nec iure adici potuit, iuxta superius tradita n. quinquagesimo secundo, eiusque loco subrogata alia, quæ Ludouic. semper se

se in futurum, dum census non rediretetur, reditus soluturum, omnèque conditiones primæ scripturæ impositionis seruaturum promittit his verbis. Nos encargamos a pagar sus corridos para sempre jamas, mien tras no se redimiere, y nos obligamos de guardar todas las condiciones de la primera escritura de imposicion, obligacione insuper scripturæ prioris dumtaxat quoad census recognitionem, & prelationem respectu sequentium creditorum in suo robore relicta, nouis hypothecis, ac fideiussoribus datis, quorum vnus fuit Saluator de Monsalua Ludouicus pater; hypotheca autem nomine nominatim Ludouicus obligauit domum quandam in parochia Sancti Iosephi, cum prohibitione eam alienandi absque onere ipsius hypothecæ, patre, eodèque fideiussore, cuius domus illa erat, presentem, adeoque huic hypothecæ tacite consentiente, argumento Text. in leg. fideiusor 26. §. pater Seio, ad fin. ff. de pignor. & apud nos ex aperta, & generali decisione legis 9. illic: O estado adelante quando la empenansa, e se callasse, e no lo contradixesse, ubi not. Gregor. Lop. gloss. ult. tit. 13. partit. 5. Præterea Ludouicus anno 1602. officium illud sub eodem censu onere vendidit Illephonio Rabadan, qui id postea vendidit Ioanni Francisco Hermosilla, & hic denique Petro Gonzalez de Pastrana, qui omnes successiuè suis temporibus eum censum soluerunt vsque ad annum 1639. quo præfactus dom Balchalar, qui in eius ius successit, omisso vltimo officij possessore Petro Gosafalua, quia vult noluit, vel non potuit ab eo recuperare reditus, coram ordinario iudice protulit instrumenta illa recognitionis factæ à Ludouico de Monsalua annis 1590. & 1597. eorumque virtute executionem petiuit, & obtinuit aduersus illius bona, possessores, fideiussores, & heredes. Citatus autem ad Balchalaris instantiam Gaspar Canleco, tam vt possessor dictæ domus, à Ludouico specialiter obligata in parochia Sancti Iosephi, quam vt maritus domæ Casildæ de Mosalua, asserit hæredis dicti Ludouici, licet executioni huiusmodi fe opposuisset tantum certis minimè obligatus, nec in obligatione quoquomodo comprehensus, nihilominus additionis sententiam contra se reportauit, à qua cum ipse ad Granatensem curiam semel & iterum appellasset, & si illa primò confirmata fuisset postea tamen re maturius perspecta, reuocata est me iudice 19. die Decembris anni 1539. Iure dom Balchalaris reseruat, vt id prosequeretur protulit sibi magis expedire visum foret, ex sequentibus. In primis, quia domus illa non ex vniuersali successione titulo, vt ex aduerso præten debatur, perueniat ad D. Casildam, sed ex singulari dotis, quam cum Gaspari nubet anno 1627. eidem constituit mater eius Xinesia de Monsalua, cui mortuus eam reliquerat Ioannes à Monsalua clericus, ipse & Ludouici frater, qui eandem dono accepterat à communi parente Saluator de Monsalua anno 1596. vt ad eius titulum factos ordines susciperet, protulit reuera suscepit, \* atque ita domum ipsam sui patrimonij effecit, de qua vt tali disponere solus potuit, iuxta Textum in cap. Episcopus 4. vers. Nisi talis, & cap. tuis quæstionibus 23. de prebend. & dignit. & in Concil. Trident. Sess. 21. de reformat. cap. 2. vers. Patrimonium verò, cum his, quæ vltra ordinarios in d. cap. Episcopus, & in d. cap. tuis, resoluunt plures alij congeiti à Petro Zenedo collect. 3. ad Decretal. ex num. 3. August. Barbola in collectan. ad illa iura, & ad Trident. d. cap. 2. ex num. 38. vnde apparet, non potuisse domum illam à Ludouico Monsalua, etiam patre consentiente obligari, quia nec ab ipso patre obligari poterat, à cuius dominio discessit per donationem, & traditionem Ioanni filio ad ordines suscipiendos factam anno præcedenti, adeoque res iam aliena effecta obligaretur, contra tit. C. de reb.

alienis non alienand. & de prohibita rer. alienat. vel hypotheca, & C. si res aliena pignori data sit, d. l. 9. tit. 16. part. 5. Secundò, quia & si domus illa obligari à Ludouico, vel eius patre potuisset, ex quo tamen ad Casildam, euigine maritum ex singulari dotis titulo petuente, non potuit in eos maxime absque præuia executione executio dirigi; cùm \* alienationis prohibitio absoluta non fuerit, sed qualitate, idem exprimens quod iure inerat, vt non possit dominus alienari absque illius hypothecæ onere, quæ nihil operatur, vt cum Galpate Roderico obseruauit dissertat. 14. n. 49. ad fin. quod & Felicianus doctet. tom. 1. de censib. lib. 3. cap. 4. num. 7. & sequitur in effectu Auend. eod. tract. cap. 96. num. 8. vers. Sed quamuis. Sed nec actio ordinaria in rem scripta in eos dirigi potuit, quippe qui nullam rem possidebant ex his, super quibus principaliter fuit census impositus, quales fuerunt officium receptoris, & domus quedam in Sanctæ Annæ parochia sita, vt in factis posuimus, sed tantum rem hypothecæ nomine accellitorie obligatam à Ludouico, dum censum recognitionem, nempe domum memoratam in parochia Sancti Iosephi, quæ & si reuera obligantis fuisset, proprie tamen solum maneret obligata pro securitate iuris, super aliis rebus principaliter impositi, pro qua merè hypothecaria actio aduersus eos, vt potè talis hypothecæ possessores dumtaxat competeret, quæ inter præsentem sola decem annorum prescrip. tione, ab ipsi possessionis initio computanda tolleretur, iuxta superius resoluta num. 75. & 78. In proposito verò Casilda, & Gaspar eius maritus per duodecim ferme annos ante motam sibi litem, domum illam ex causâ dotis possederant ab anno 1627. vsque ad annum 1639. quo executio aduersus eos fuit intentata. Tertio & vltimò, quia licet eadem Casilda Gaspari vxor, hæret cum effectu fuisset Ludouici, protulit præten ditur post mortem Ginefæ matris, interim usufructuarie relicta, de quo minime constituit, quia non est Casilda additio probata protulit necesse erat, imò talis probatio difficilis reputatur, l. 2. & 3. ff. de interrog. in iure fac. ac dixi dissert. 22. num. 14. ad hunc ei hæredi probata nullam Ludouici recognitionem, & obligatio præiudicium irrogare possent. Nam si aliqua ratione præiudicaret, id ex eo esset, quod verbis ita amplis, & prægnantibus facta fuit, nempe ad censum semper in futurum soluendum sub omnibus primæ scripturæ conditionibus, dum ille non rediretetur, atque ita recognoscentem, eumque hæredes non tantum pro tempore possessionis, sed etiam post, ad census solutionem videtur adstringere, propter vim \* ac naturam illius aduerbij semper, quæ ea est vt 97 omne tempus, omnemque casum quancumque contingentem regulariter includat, idem valens quod dictio perpetuò, vel in perpetuum, l. quia semper 5. iuncta l. proced. in fin. ff. de in ius vocan. l. procuratoris 5. §. si præter 13. illic, plerumque enim hic apparatus ex merce est, imò semper, ff. de tributor. ad l. 1. de per. 42. ff. de ritu nupt. l. 1. ff. de iure dot. & ff. sol. matr. l. qui duos 62. in fin. ff. de legat. 3. l. Caio Seio 13. §. item consultus, ff. de alim. & cibor. legat. l. semper 23. ff. quod vi, aut clam, l. semper 5. ff. de iure in manit. l. semper 9. 34. 56. 60. & 157. ff. de reg. iur. l. lex qua tutores 22. vers. Ante omnia, C. de administrat. l. quisquis 9. §. filij vero, illic, infamia eos paterna semper comitur, C. ad l. Iul. muest. cum aliis sacre pagine, & Pontificij iuris locis relatis à Boer. decif. 158. à num. 1. ad 8. quem velut cæteris melius in proposito loquentem commendat D. Molin. de Hispanor. primog. lib. 1. cap. 5. num. 33. & ad varia expendunt, & exoriant optime Tirac. de retrat. consanguinit. §. 1. gl. 9. n. 224. Roland. à Valle conf. 23. num. 18. & 19. vol. 4. Menoch. conf. 38. num. 43.

et conf. 44. num. 11. lib. 1. Surd. conf. 179. num. 14. conf. 241. num. 32. et conf. 281. a n. 18. ac dec. 12. num. 14. et dec. 255. num. 7. ac post plures alios Cened. singul. 44. num. 1. Auendanus ad l. 40. Tauri gl. 15. nua. 1. Ludon. Callanate conf. 47. num. 123. D. Ioan. del Castillo quotid. contron. lib. 2. cap. 22. num. 89. et 90. Augult. Barbosa de ditionibus, dict. 361. num. 2. et 4. iunctis qua de ditione perpetuo, et in perpetuum resoluunt plures alij congesti a Cenedo singul. 78. num. 1. et ab eodem Barbol. dict. 163. num. 1. et 2. et dict. 254. num. 2. 3. et 4. At nihilominus haec ratio in proposito non concludit, quod recognoscens se, & suos haeredes pro vltiori tempore quam possessionis obligauerit: sed ad hoc necesse erat, quod id claris, & manifestis verbis exprimeret; quia \* perpetuitas per ditionem semper, & similes significata, necessario restringenda est secundum naturam actus, cui adicitur, materiamque subiectam, l. et in perpetuum 4. iuncta gl. de procurator. l. 1. iuncta simili gl. 1. in princ. ff. pro socio, vbi dicitio in perpetuum, restringitur ad vitam eius, cui adiungitur, ac simili modo ad rei durationem restringitur dicitio perpetuo in l. id vestimentum 25. iuncta gl. verbo perpetuo, ff. de pecul. et in l. debitor 32. in fin. iuncta simili gl. de pignor. cum similibus relictis ab Alex. conf. 86. num. 2. vers. Nam verbum, libro 1. de vtraque ditione perpetuo, ac semper id non obscure colligitur ex d. l. 1. ff. de iure dor. vbi regula sub illis ditionibus tradita, quod dotis causa perpetua est, & cum voto eius, qui dat, ita contrahitur, vt semper apud maritum sit, iuxta subiectam materiam intelligitur, matrimonio constante, vtracque ibi notat Odofred. ad verbum perpetuo et verbum semper, vbi etiam obseruat Dionys. Gotofred. eamque restrictionem iuxta naturam subiectae materiae vltra ordinarios in dictis locis, & alios consensum referendos, vel omnino necessariam admittunt Rotae indices de c. 265. num. 3. part. 1. nouissimar. Surd. conf. 298. num. 21. lib. 1. & receptam testantur Morla in emp. iur. tit. 6. de seruitut. in prahid. num. 60. Escobar de ratiocin. cap. 4. 1. num. 18. Aug. Barbosa d. dict. 163. num. 3. d. dict. 254. a num. 6. ad 9. et d. dict. 361. numero 11. Eadem igitur ratione dicitio para sempre jamas, sic accipienda est, id est dum se viuente, & rem censitam possidente, duraret census, nec per venditorum, eiusve haeredem redemptus eo tempore fuisset; cum ex necessitate possessionis talis recognitio processerit, adeoque vltius extendenda non sit, iuxta ea quae resoluimus num. 69. Accedit his, quod licet admitteremus, recognitionem illam, ob efficaciam eiusmodi verborum, vltius fore extendendam adhuc \* illa non excluderet legitimam praescriptionem, ex eadem ratione necessariae restrictionis, ob naturam actus, vel rei subiectae, cui certam metam seu vitam praestituerit, quam per ea, vel alia verba, vtrumque vniuersalia, in dubio remouisse non censetur, vt resoluunt cum multis, ac per plura probant Tiraq. de retrat. consanguin. §. 1. gl. 10. n. 34. et de retrat. convention. §. 1. gl. 2. ex num. 8. Roderic. Suar. ad l. post rem iudicatam, ff. de re iudic. notab. 2. §. considera, vers. Bene facit, Gutier. de iuram. confirmat. 3. part. cap. 1. num. 9. et 10. et ex seqq. potissimum. In primis ex l. num. Imperator 38. ff. de legibus, illic: Aut verum perpetuo similiter iudicatarum, iuncta gl. verbo perpetuo, quae interpretatur id est decennio, ac si apertius diceret, res perpetuo similiter indicatas dici, quae decennij tempore, & sic longo temporis intervallo, eodem modo iudicate sunt, quam gl. ad hoc post Fulgos. notant Tiraq. d. num. 8. Gutier. d. num. 9. circa fin. vers. Pro qua opinione, eorumque sententia confirmatur ex his, quae late cum communi docui dist. 3. ex num. 37. Quo in sensu similem restrictio-

nem accipit verbum semper, in l. minime 23. ff. eodem tit. dum ait, minime sunt mutanda, qua interpretacionem certam semper habuerunt, nam loquitur de consuetudine interpretacione legis, vt & lex fide interpretacione 37. eiusdem tit. quomodo accipitur a gl. Odofred. & ceteris communiter in ead. l. minime, variis exemplis eam illustrantibus, & sic probat, legem, quae per decennium, quo consuetudo inducitur, certo modo intellecta est, semper sic intellectam dici, vt not. ibi Angel. in princ. et idem non esse vltius mutandam, siue in alium sensum detorquendam. Rursus ex d. l. 1. ff. solut. matrim. vbi licet traditum sit, dotis causam semper, & vbiq. praecipuum esse, non tamen excluditur praescriptio decem, viginti, vel triginta annorum, iuxta rei dotalis, vel quasi dotalis naturam competens, l. in rebus 30. vers. Omnis autem, Cod. de iure dor. cum traditis a gl. ibi, verbo vscapionem, in 3. et 6. solu. & Bald. n. 23. eodem Bald. in d. l. 1. n. vlt. ff. solut. matrim. & ibidem Camillo Viscarino num. 154. ad fin. vers. Non obstat, inter repetitiones ciuiles nouissimas, Paulo Castrensi in l. cum vir 42. num. 4. ad fin. ff. de vscap. Philipp. Corn. conf. 56. num. 3. volum. 4. Petro Barbol. in Rubr. ff. solut. matrim. 4. p. num. 17. in fin. ac n. 18. et in d. l. 1. §. p. n. 84. ad fin. vers. Item si ver. Tertio ex l. in cognicione 13. ad fin. ff. ad S. C. Sillan. et l. fin. ff. ad l. Pompei. de parricid. quae est accusationem in casu ibi proposito semper permittant, in eo tamen sensu semper eam permittere censetur, quo eandem admittunt vltra quinquennium, de quo in d. l. in cognicione, in princ. non tamen excludunt praescriptionem 20. annorum, iure definitam in l. querela 12. Cod. ad leg. Corn. de falsis, vbi obseruat Gotofred. nota vlt. cum Cuiac. lib. 4. obseruat. cap. 14. quod & docuerat gl. vlt. vers. Imo & hic durat, in d. l. in cognicione, communiter recepta secundum Bartol. ibi, n. 2. vers. Expone ergo, in fin. & Ludonic. Roman. num. 1. vers. Et de ditione, eundem Roman. in Rub. ff. de recept. lib. 4. obseruat. cap. 14. vers. Et alios quos refert, & sequitur Tiraq. de retrat. consanguin. d. §. 1. glof. 10. num. 34. et de retrat. convention. d. §. 1. gl. 2. n. 10. Roder. Suar. d. vers. Considera, num. 6. vers. Facit Textus singularis, Gutierrez d. 3. p. cap. 1. num. 9. in princ. vers. Et per Textum. Sed & idem Tiraq. de panis temperand. causa 29. num. 2. sic eam l. in cognicione, obiter intelligit, quicquid aliter eam interpretetur, a communi discedens Ioan. Igneus ibi, num. penult. Quarto, ex l. aduersus §. illic: Si probetur per certos annos, iuncto Text. ibi: Si probauerit semper, C. de usur. vbi regula in primis proposta, quod creditor maiores vsuras ex stipulatu petens, repellitur exceptione taciti pacti in contrarium, si probetur, eum per certos annos (hoc est decem, vel viginti a die stipulationis, vt recte ibi gl. & omnes interpretantur) minores postea consecutum esse, ad simile inducendum pactum in specie ibi proposta his verbis applicatur. Si probauerit semper quincuntes amittam pupillarum vestrorum, quae maiores causerat, dependisse. Vnde apparet, ditionem semper, iuxta subiectam materiam restringi ad tempus, actui a iure praescriptum, vt & Baldus, & Salycetus, ibi, in fine, adnotarunt, & cum eis Tiraq. de retrat. conuent. d. §. 1. gl. 2. n. 8. vers. Cui addit, Gutierrez d. cap. 1. num. 9. circa fin. post vers. Pro qua opinione Tandem ex cap. 1. de in integ. restit. vbi Ecclesiam semper illaem seruari traditum est, iunctis cap. 1. et 2. eod. tit. in 6. et Clem. vnic. eod. tit. vbi intra quadriennium tantum a tempore laesionis restitutionem, & clesia ad petendam in integrum restitutionem, & clesia ad petendam in integrum restitutionem, & merito, quia cum iure minoris vtatur, d. cap. 1. et cap. auditis 3. ad fin. de in integ. rest. non debet ampliori tempore ad restitutionem gaudere, quam quadriennij, quod

DISSERTATIO XXXV.

De eadem materia, siue de potissimis argumentis, quibus eorum sententia nititur, qui ex census consignatiui constitutione, super certo fundo, vel fundis specialiter facta, ius verae & propriae hypothecae contrahi affirmarunt, non autem ius aliud reale, ab ea distinctum, aut seruitutis, vel quasi; quibus plene & concludenter fit satis. Et obiter an huiusmodi census super sola constitutis persona, eiusque obligatione constitui possit? plura item de promissione, vel legato annui redditus, an & quatenus valeat? de operis officialibus, & artificialibus, pactisque circa eas interpositis, de obediibus, ac de seruitutibus tractantur; iuraque in vna & altera materia difficilia verissimè exponuntur.

S V M M A R I A.

- 1 Hypotheca proprie quid sit, & vnde dicta?
- 2 Super dictio, sui natura importat suppositionem, & hypothecam.
- 3 Hypotheca accedit personali obligationi, vt creditori cautius consulatur.
- 4 Homo liber potest operas suas gratis alij promittere, vel pro certo a mercede locare.
- 5 Locatio, & conductio istdem iuris regulis consistunt.
- 6 Census impositio super certo fundo, an sit idem quod consignatio, & solam personalem inducat obligationem? & n. 147.
- 7 Lex fin. §. fin. ff. de contrahenda empt. expenditur, ibidem, & explicatur, numero 148.
- 8 Lex Caius Scius 12. & l. liberto 21. ff. de annuis legat. ac lege fundi 38. expenduntur hic, & explicantur a n. 149.
- 9 Seruitutis, proprie sumpta in materia seruitutum, dua tantum species sunt, reales, & personales; quicquid gloss. & DD. communiter alias consingant.
- 10 Reditus annui in re constitutus, nec referri proprie potest ad seruitutem realem, neque ad personalem; & quare?
- 11 Seruitutis etiam personalis utilitas propria auctoritate percipitur a fundo seruiente.
- 12 Res censui venditis subiecta, non ita supponitur, & obligatur, vt accessoria, sit principalis obligationis, sed vt in ea principaliter consistat censuales iuris venditio, & annua responsionis obligatio, & quare?
- 13 Census obligatio, quolibet rei censite possessorem vi ipsa comitatur, & vt aiunt, sequitur velut lepra leprosum, vt accidit in quolibet onere rei inharente.
- 14 Praedia, quibus omnis, vel ius reale inharet, cur discantur id debere, & pro eo conueniri, & iudicari, non persona?